



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

29. Quod sine tribulatione & molestia regnum Dei obtineri non potest.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

visione & fruitione diuinitatis cum plena remuneratione obtinent, nulla anima mereatur accipere, donec ab omni macula perfectè purgata, intret in gaudium Domini sui.

Ludouicus Blosius cap. 10. Monialis spiritualis, ex lib.

Insinuation. diuine pietatis. Sine tribulatione & molestia regnum Dei obtineri non potest.

CAP. XXIX.

Qum virgo Gertrudis commiseratione mota, oraret pro quadam persona, quam audierat impatienter conquerentem, quod Deus grauamina sibi immitteret saluti suæ minus conuenientia: respondit ei Dominus: Dices illi, pro qua oras, vt quia sine aliqua saltem tribulatione vel molestia regnum cælestè obtineri non potest, eligat atque indicet quænam grauamina sibi vtilia esse putat: & quum hæc ipsi euenierint, seruet patientiam. In quibus verbis Domini Gertrudis intellexit, periculosissimū genus impatientiæ esse, quando homo peruersè ac superbè eligere vult quæ ferat: dicens saluti suæ minus competere, seque non posse sustinere ea grauamina, quæ sibi à Deo immittuntur. Oportet enim, vt quilibet semper cōfidat illud conuenientissimū & vtilissimū esse, quod sibi Deus imponit, aut euenire permittit: & quādo hoc non omninò patienter sustinet, inde seipsum humiliare debet. *Ex lib. 4. cap. 4. Spiritualis gratia. Quod adhuc uiuentes sunt felicissimi.*

Rr 3

CAP.